tua fides atq integritas me opportune asseruit cu plane omnis expers consi
ly cum Vrastana scholæ difficultatibus luctarer. Itaq hæc tua maxima
in me beneficia vbicunq possu honorifice commemorare soleo, neq desino
studiose precari filium DEI Redemptorem nostru et quia mihi om-
nis referendæ gratiæ facultas adempta est, ipsius liberalitas æternis bonis
omnia tibi cumulatissime rependat. Amen. Quod autem nihil scripserim
hactenus non est obscurum quibus necessitatibus prohibitus sim in tam sinis-
tris nostratium de me iudicijs, vt ne perferre quidem meas isthuc literas
sine periculo aut mala suspicione (Anissanā) possit. Nunc quia tandem occasionem a-
deptus sum hoc saltem scire D. Doctorem veterem Patronu meu cupio,
et vivere Molanum quamuis ærumnose, et nomis amicis paratis. neque
q oblivisci veterm, sed vestra imprimis beneficia grati animi memoria
complecti. Quid autem de doctrina pietatis sentiam, vt ex parte cognoscas

Caput Esaie. 53. versu factum.

mittere ausus sum, tua fretus mansuetudine, carmen non illud quidem eru-
ditum, sed tamen ex animo his proximis ferijs in meditatione passionis
Christi a me compositu, quod habet aliq meæ fidei quantulacunq est et pæ-
nitentiæ significationem. Porro si cognoscere istiusmodi versiculos erat non as-
pernabitur tua æquitas aut graviorum curarum distractione non impedie-
tur: intelliges (ni fallor) neq prorsus mala nos mente præditos esse, neq illius
insanæ doctrinæ causa patrijs commoditatibus carere. Vale Doctor
venerande. Duisburgi 3. Calendas May 156

Multis beneficijs tuæ bonitati obnoxius
Johannes Molanus.

Nr. 61)

Pax Christi.

D. Jeronymo Commelin Emdæ.

Postridie B. Johannis et redditæ nobis sunt vestræ literæ numatæ et
Jacobus vester paucis ante horis nuntio Coloniam petenti suas commisit.
Primum quod te scribis vir optime sociatam inter nos perpetua amicitia

[= Mscr. A. 11:

arctissime conservare magnæ mihi voluptati fuit, quod re ipsa sæpe coperi
id etiam in epistola tanq in quodam animi tui speculo expressum vide-

Nr. 201]

re. Et gratias ago DEO patri nostro quod in spem futuræ resurrectio-
nis aliqua luce suæ sanctitatis in filio dilecto conglutinaverit animas nostras.
Colligit M. Tullius veras amicitias sempiternas esse, quia virtus quæ co-
ciliat amicitias clara æternaq habetur. Atqui ex historijs facile potest os-
tendi etiam præclaram virtutem in magnis et præstantibus viris (vt in Sa-
ule Rege et in doctore Salomone in Pausania, in Alexandro, in Her-
cule) aut debilitatam aut etiam extinctam esse. Vsq adeo nihil non morta-
le, nihil non caducum tenemus: neq in corporis neq in animi bonis nisi di-
vinitus conservetur. Apparet ergo ne virtutem quidem ipsa satis esse firma

ad

ad amicitiæ perpetuitatem nisi Spiritus æternitatis quem ex plenissimis Jesu Christi fontibus haurimus quasi quidam cordium ferruminator accedat. Eum supplex rogo unum cũ Patre et Filio DEUM ut semper illucescat mentibus nostris, semper in cordibus excitet motus sibi placentes. amen. Præterea de argento tam opportune ad me misso certe gratias ago. nam videretur ſat scio si scriberem tibi, rerum mearum tam longinqua translatio quam prope omnem mihi succum extraxerit, et pumice (quod aiunt) me aridiorem reddiderit. Accepi eram Bremæ in sumptum præsentis anni daleros 8 his nunc adiecisti sexdecim. Sunt ergo daleri 24. quos me fateor in sumptũ anni victus filij tui Commelin recepisse 27. Junij. 1560. Duisburgi. Postremo gratum fuit nobis tuæ Coniugis munus, studebimus gratiam referre. Filius tam mihi carus est quam qui maxime. Secundet DEus labores nostros nos dabimus operam sedulo ne pereat impensa. Satis bonos progressus fecit, spero fore ut posteriores prioribus respondeant. Vale. Delectat me Antonij vestri pietas quam olim satis perspectam nunc gaudens in ipsius officiosa epistola recognosco. Exædificet Dominus quod cœpit in eo boni operari, et te et pijssima coniugem diu servet familiæ et Ecclesiæ incolumes ad suam gloriam et multorũ salutem. amen. 28 Junij. 1560. Duisburgi. Salutem precor D. Pastori et reliquis fratribus.

Johannes Molanus

fol. 36 [49]

incredibile

[v. Langen]

D. Herberto a Langen Bremæ.

Pax DEi per Jesum Christum.

Nr. 62)

[= Mscr. a. 11 = Nr. 202]

Quasi non satis amara sit mihi, venerande frater in Domino tam longis intervallis disiuncta consuetudo quæ fuerat isthic vobiscum dulcissima, huic malo accedit quod meæ functionis tumultus me pene totum sibi vendicans tum oppidi huius recessus et solitudo nullam aut sane raram dandi isthuc literas occasionẽ ostendens. Itaq qui mihi Bremæ semper visus sum in patria vivere ubi cũ bonis vixi, hic demum me sentio exulem esse ubi istiusmodi amicorũ ne umbram quidem ullam nancisci possum. Socerum quidem hic unum habeo iustũ hominẽ et amantem mei; sed is ita suis quibusdam studijs involuitur, ita cœlo terraq dimetiendis detinetur atq distenditur, ut perraro possit vel mihi adesse vel me admittere. Proinde et cum in scholis ~~defisus~~ obstrepo et cum desideo domi, ea quæ Bremæ molesta videbantur magnifice requiro. Sic tamen ut in DEi vocatione acquiescens, nihil querar acerbius, et me ipse consolans fruar futurorũ expectatione. interea solitudo et amicorum inopia bonorũ, piæ coniugis et puerorũ societate sarcitur. Hi dum adsunt, stat sententia οὐκ ἐστὶ καρδίαν ἐσθίειν οὐδὲ μέμφεσθαι ἀλλὰ τὰς μελαγχολικὰς φαντασίας φεύγειν ἀμεταστρεπτὶ καὶ κελεύειν τὰς λύπας προσέχοντα ἐσθίειν. Atqui hac quidem constitui antehac sæpe sed nescio quo modo dum sumus in cursu τὰ αὐτὰ πάσχω τοῖς ἅρμασι τοῖς τοὺς ἡνιόχους ἀποβαλοῦσι. minirum ut est apud Maronem, Fertur equis auriga nec audit currus habenas. Verum quid ista ad carmen? Susurrari audiuimus concertationem quandã isthic inter doctores agitatam esse, sed nihil explorati certius habemus. non vel

viclo